Quaestio medica Cardinalitiis Disput. agit.da In Scholis Medic. die Jovis 4 Junii.

Clarissimo Viro D. Valentino Hierosme D. M. Moderatore prudentiss.

An ut Sedes, sic eadem Convulsioni, et Paralysi Causa, et Curatio?

Cerebri temperie et fabrica ac vigore spiritus animalis (qui benigna sanguinis exhalatione nutritus vasorum elaboratur circuitu) divinae animae functiones conspicuae depromuntur, morborum satietia debiles deprimuntur. Nec enim principem solum partem humoris non tantum membranas substantiae febrem phrenitis fatigat delirio, vigiliis et febre, lethargus humore frigido consopit, catalepsis sicco stupefacit, melancholia fuligine crassa perturbat; verum etiam per easdem provincias aeque sensus et motus facultas offenditur, tum per ipso fonte dum apoplexia et epilepsia affectus magnitudine distinctas noxas humoris et loco affines corripiunt, tum per spinam et nervis inde intercurrentibus dum tremor et stupor et his graviora invadunt paralysis et convulsio.

Sensus et motus primario a cerebro et spinae exorta principio cum respiratione vitam adjuvant, verum tamen affici [illegible] aut a media cerebri parte et spinae per alterum latus decumbente, aut ex privata nervorum laesione [illegible] membris officiunt. Tantum damni affert (nisi prava spirituum) aut organo insidens affectio ab humore et frigore (calore et siccitate deterior) quidquid spiritui viam praecludit, compressione, obstructione, divisione molestum. Comprimit tumor, casus, percussus vertebrae dimotio, frigiditas. Transversa sectio gravius nocet. Obstruit sanguis, et pituita [illegible] per senibus frequentius. Hinc ab apoplexia, epilepsia, uteri praefocatione, colico cruciatu pituitosa febre ortum durante consueta.

Convulsio depravata et invita motio si cum motus et sensuum laesione reperitur [illegible] communi nervorum origini; si faciei [illegible] corporis reliquum dolore excruciat antrorsum curvatum, per scapulas retrorsum, erectum spinae initio: si partem distendit aut horum motionis nervo ac musculo accepta [illegible] permanentem a cerebro nunc siccitas, reliquas et haec et plenitudo inducit utraque; bile pituita et sanguine praegnans nervus, aut flatu nebuloso turgens ad caput retrahitur. Obrepit inanitio exhausta inde alimonia labore, vigilia, vacuatione, febre, inedia. Nec doloris, bilis, frigoris, veneni aut alterius insita vis citra plenitudinem aut exhausti damnum tensione partes obsidet.

Resoluta pars languidior flaccescit, sua mole sanam vel sensu adducta concedit, sensus et motus non semper simul pereuntium, depressa ac refrigerata, tandem atrophia contabescit, humorem morbificum similis per cutem ostendens color, aetas, tempus, et sanguineum quidem cum repletione, pituitosum cum corporis mollitie, parvus, languidus, et tardus pulsus arguit, sicut sectionem [illegible] remedii vis [illegible] tum sensus, tum calorem, et affectuum quibus succedit proprietas utrique. Spasmum (quartanae obnoxii non admodum familiarem) [illegible] pars postica tumor, et offendens per febre spiritus, praesentem pulsus tensione validus, et motio [illegible] attrahentis, difficilis ab occupato situ, naturali simili dimotio, a sola multitudine repentina ab [illegible], sanguinis profluvio, ardore, vigilia, medicamento lethalis prodit.

Paralysi profliganda victus ratio tenuis, et calida sicca, vini, veneris, et somni longioris fuga, vacuatio humoris primus paravato phlegmagogis vehementioribus, et fortiore venas procurata confusione. Diuretica, vomitum, ptarmica, acria enemata, [illegible] et laborante membro [illegible], hydrotica ex guaiaci decocto, diaphoretica [illegible] quas cerebro et nervis robur conciliare institutis non obest. Convulsioni ab humore frequentius febris, ac [illegible] frigida remediorum admittendi, partim eadem quae paralysi, partim diversa [illegible] remedia, [illegible] malactica sive topica, non astringentia fomenta. Bilis [illegible] mali auctor cognita cholagogis educitur; flatus frictione mitescit, punctura dilatatur, aut nervus abscinditur, venenum alexipharmacis oppugnatur, inanitio humectantibus, vel infensa qualitas contrariorum usu tollitur.

Ergo non ut sedes sic eadem Convulsioni, et Paralysi causa et curatio.

Ponebat Joannes Beauchesne Lutetianus. 1673.

F.M.P. BIBLIOTHÈQUE